

tmeli medulla, preter id nihil eo die.

Exemplum insigne castæ mulieris, Anno 1543.

Spiræ, quum Cæsar magna Hispanorum militum caterua hæreret, & ut sit, ob frequentiam hominū, mulier quædam opulēta, quosdam hospitio ex mandato Senatus exceperat, putans se habere honestos & egregios milites. Qui cum bene ab illa pasti & poti, libidinem, in qua tale hominum genus primum, exercere cogitabant. Quidam enim inter reliquos nequior, eam & si ualde repugnaret, in terram, tanquam luctaretur cum bestia, proiecerat, & nudatis uestibus, semel conceptæ insaniæ satisfactus. Verum pudica mulier, ne adulterio pollueretur, quam angue peius aduersabatur, militem in ipsa lucta, pugio-

pugione, quo accinctus erat, clami
extracto, trāsfixit, ut semianimis ex
tincta Venere, in terra iaceret, sc̄q;
hinc inde, ebulliente sanguine, uo-
lutaret. Colli enim partē uulnerat,
ut militi omnīs uox adempta esset,
post unam & alteram horam extin-
ctus est. Mulier illa, ab omnibus ob-
tam celebre facinus laudata, & à re-
liquis, qui uim ei inferre conaban-
tur, defensa est. Sic iustam scor-
tationis suæ pœnam lu-
it miser homo.

Libri secundi finis.

DE MERETRICVM
dolo & perditione Li-
ber Tertius.

Scorta argentum quærere.



A I S Corinthia cuidā
amatori, qui misso sigil-
lo iubebat illā uenire,
Nō possum, inquit, lu-
tum est. Olim terræ genere signa-
bāt, at illa lutum esse dixit, quasi ob-
lutum uiarum non posset accedere.
Luteum sigillum nihil morabatur,
argenteum quærebat.

De Theonide meretrice.

Adolescens quidam in Aegyp-
to deperibat in Theonidem meretri-
cem, quumq; illa peteret ingentem
mercedem, tandem adolescens som-
niauit se rem habere cum ea, atq; ita
liberatus est amore. Petit illa merce
q dem,

dem, negante iuuene, itum est ad Iudicem. Bocchoris pronūciat, ut iuuenis in uasco adferret tantum pecuniæ, quantum illa postularat. Iubet adesse meretriculam, & umbra frui pecuniæ circumlatæ. Hoc iudicium Lamia uelut iniquum reprehēdit. Iuuenis somnio liberatus est, inquit, ab amore, at umbra pecuniæ non exemit Theonidi pecuniæ amorem.

Vetula adamata.

Phryne iam anus dixit, A multis fecem emi, propter uini gloriam, Sentiens multos ideo secum congregdi, ut gloriari possent, cum Phryne rem habuisse. Sicut uini magni nominis etiam fex emitur, ut iactare possint se tale uinū habere domi. Simile scortum Vuratislauiae uidi, uetulum & annosum, nihilominus adamata.

admirabatur à multis, sed ob diuitias, quas in iuuentute ab adolescentibus collegerat.

Defucatis Mulieribus.

Eadem ætate florens in coniuicio, cui complures aderat fœminæ, quū iuxta morem iocis conuiualis quod unus quispiam faceret, idē omnes facere cogeretur, prius manum bis aquæ immersam admouit fronti.

Quoniam autem omnes erant fucatae, aqua per lituram fucorum defluens, rugarum specie uultus omnium deformabat, quum ipsa interim Phryne, quę naturali forma solebat, speciosior etiam appareret diluta facie.

Meretricum aedes quomodo expugnentur.

Quum amatores, quoniam gratis non admittebatur, filiae domum

deliter afficerent. Quandoquidem, ut ille ait, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Cū itaq; ex Portugallensibus nobilioribus trecenti captiui regi essent adducti, ea est usus in illos humanitate, ut ad castra ipsorum ipse met incolumes deduceret.

Canum diligens cura.

Vidi non semel Basileæ, in ædibus Canonici cuiusdam canes duos obesulos, qui gratiores maioribusq; in delicijis fouebantur, quam ullus homo. In hypocausto enim per hyemem egregijs culcitris dormitabant, in æstate aule partem per flatilem, ac pulchre ornatam occupabant, ut à muscis & pulicibus essent tuti. Quos famula, salario proprio ob canum curam promisso, in dies singulos lauare, pulices quærere

re, oculos detergere, & si quid stet,
coris sparsum colligere, lectulū ad-
ornare solebat. Quum prandij aut
cœnæ tempus instaret & mensa es-
set parata, adrepebant, ac unus su-
periorem locum mēsæ, alter inferio-
rem occupabat, ore patinam attin-
gentes. Nemo ausus eos abigere,
aut uerbulo iritare. Vilis sacrificiu-
lus, quicquid delicati in catino alla-
tum erat, hoc illis præbebat, iocans,
Hoc meis puerulis est dulcis cibus,
En tibi hanc partem, inquiens, Ad
alterum conuersus, Cur tu tristitia
adficeris? non priuaberis portione
bellula. Vis ex isto carnis frustosan-
ex illo? noui tuum ingenium. Pin-
guiorem partem amas? Nō ne? Ap-
plaude cauda, porrige osculum,
aut nihil habebis delicati. Cur non
lingis os meum, certe pinguiuscum-
lum est. Imò, quod magis miran-
dum,

dum, uinum, sed dilutum, bibebat,
quod tamen rarum in canibus ex-
emplum. Alias si cui canis mole-
stus est, porrecto poculo, fugit. Quis
dormitum iret sacrificulus, canicu-
los bellulos, liberorum loco saluta-
bat, deosculabatur, ac ualedicebat.
Dormite, dicebat, suauiter hac no-
te, craetina die iterū uos inuisam,
strepitum nullum faciatis. si quid si-
nistri contigerit, latrate, & mox ade-
ro, omnem malum auersurus. Heus
famula, parasti ne illis lectisterni-
um, ut iusseram, quo molliter cu-
bent. Abegisti cattos, ne paratum
obsonium absument, & illi famem,
antequā ex matutinis precibus re-
uertar, sentiant. Felium sit cibus mu-
res et glires, mei catelli hoc cibo alē-
di sunt, qui dimidium animae meæ
sunt. Sacrificulus tādē incidit, senio
gra-

grauatus in morbum lethalē , quod
& paucis post diebus interiūt , reli-
ctis post se canibus, quos delegauē
rat in testamento famulæ, ac cētum
aureos in illorum usum ordinaue-
rat, ne canes fame enecarētur. Quid
factum est . Canes nihil cibi ob de-
mortuū herum , quamvis delicatiſ-
ſimi apponereātur, sumere uolebāt,
uultu tristitiam præ se ferentes. Cre-
didisseſ illos ſenſum aliquem huma-
num habuiſſe, aut genios malos fu-
iſſe, qui uiuere, Domino iam sepul-
to, recuſarant.

De Cane in delicijs habito.

Canem nobilis uidua, non ille-
pidum ſummis in delicijs habebat,
ferē dixiſſem , loco demortui mari-
ti, q̄ ſolus ex catina et orbe dominæ
cibum capiebat, quiq; lectiſterniū
affabre elaboratum , cultricis orna-
tum